

tur. **N**ec fecit primo suo maluz. Proximū: oēm hoiez accipi oportere: notū est. Et opprobriū nō accepit aduersus primū suū. Id est nō libenter aut temere credidit criminatori. Ad nihilū deductus est in cōspectu ei⁹ malignus. Ita pfectio est: vt nihil in homine valeat malign⁹: et vt h sit in cōspectu ei⁹: id est certissime nouerit malignū non esse: nisi cuz anim⁹ a specie sui creatoris eterna et incōmutabili: ad creature fixiē auertit: que de nihilo facta ē. **T**imētes autē dominū glificat. Vtq; ipse dñs. Inuituz autē sapientie timor dñi. Sicut ergo illa superiora p̄tinēt ad pfectos: ita ea q̄ nūc dicitur est: p̄tinēt ad incipiētes: **Q**ui iuratur primo suo et nō decipit: qui pecuniā suā nō dedit ad ysurā: et munerā sup innocētes nō accepit. Ista nō sūt magna. Sed qui nec ista pōt: multo minus pōt loqui veritatē in corde suo: Et nō dolū agere in lingua sua: sed vt est i corde verū: ita pferre et habere in ore: est: est: nō: nō: Et nō facere primo suo malū: id ē nulli homini: Et opprobriū nō accipe aduersus primū suū: **Q**ue sunt pfectoz: in quoz cōspectu ad nihilū deduct⁹ ē malign⁹. **T**amē etiā ista miora ita pcludit: **Q**ui facit hec: nō cōmouebit i eternū. Id est pueniet ad illa maiora: in quib⁹ est magna et icōcussa stabilitas. **N**ā et ipsa tēpora nō sine cā fortasse sic variata sunt: vt in supioze p̄clusiōe p̄teritū tps poneret: in hac autē futurū. **N**ā ibi dictū est: Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus. **H**ic autē: nō cōmouebitur in eternū.

ExPLICIT Tractat⁹ de ps. xiiii

INCIPIT Tractat⁹ de ps. xv.

Tituli inscriptio ipsi David.

Rex noster in h psalmo loquit ex psona susceptionis hūane: de quo titulus regalis tpe passiois inscript⁹ emicuit: **D**icit autem hec:

Conserua me dñe qm̄ in te speraui: dixi dño de⁹ meus es tu: qm̄ bonoz meoz nō eges. **Q**m̄ bonis meis nō expectas tu fieri beat⁹. **S**anctis q̄ sūt i terra ei⁹: Sanctis q̄ in terra viuētū spem suā posuerunt: ciuib⁹ hierusalē celestis: quoz puerfatio spūal p anchorā foet in illa patria figit: q̄ recte dei fra noīat: **Q**uis adhuc et in his terris carne v̄schit. **A**dirificauit oēs volūtates meas in illis. **H**is q̄ san-

ctis miras feci oēs volūtates meas in p̄fectu eoz: quo senserit quid eis p̄fuerit: et humanitas mee diuinitatē: vt moreretur: et diuinitas humanitatis: vt resurgeret. **M**ultiplicate sunt infirmitates eoz: **N**ō ad p̄niciē: s̄ vt medicū desideraret. **P**ost ea accelerauerūt. Itaq; post multiplicatas infirmitates: accelerauerūt vt sanarent. **N**ō cōgregabo cōuenticula eoz de sanguib⁹: **E**rūt enī cōuenticula eoz nō carnalia: nec de sanguib⁹ pecoruz p̄piciat⁹: cōgregabo eos. **N**ec memor ero noīm illoz p labia mea. Sed spiritali mutatiōe obliuiscēt quid fuerūt: **N**ec a me iā vel peccatores: vel iūmici: vt hoies: sed iusti: et frēs mei: et filij dei vocabunt p pacē meā. **D**ñs ps hereditatis mee: **P**ossidebūt enī mecū hereditatē ipm̄ deū. **E**ligant sibi alij ptes qb⁹ fruant t̄renas et t̄pales: portio sc̄toz: dñs etiā ē. **E**t calicis mei: **B**ibāt alij mortiferas voluptates: portio calicis mei dñs est. **Q**d dico mei: adiūgo eccliam: **Q**uia vbi caput: ibi et corpus. **N**am in hereditatem congregabo cōuenticula eoz: et per calicis ebrietatē obliuiscar noīa vetera eoz. **T**u es q̄ restitues mihi hereditatē meā. **E**t nota sit et his quos libero: claritas qua erā apud te priusq; mund⁹ fieret. **N**ō enī restitues mihi qd nō amisi: sed restitues his q̄ amiserūt eius claritatis noticiā: **I**n quib⁹ qz ego sum: mihi restitues. **F**unes ceciderūt mihi in p̄claris: **L**imites possessiōes mee i tua claritate tā q̄ sorte ceciderūt: velut possessiō sacerdotū et leuitarū deus est. **E**tenim hereditas mea p̄clara est mihi. **E**tenim hereditas mea p̄clara est: nō oib⁹: s̄ vidētibus: **I**n quib⁹ qz ego sum: mihi est. **B**enedicā dñm q̄ mihi tribuit intellectū: **Q**uo ista hereditas videri et possideri potest. **I**n super autē et vsq; ad noctem emedauerūt me renes mei. **S**up intellectū autē vsq; ad mortē erudiuit me inferior ps mea: carnis assumptio: vt ex periret tenebras mortalitatis: q̄s ille intellect⁹ nō habet. **P**rouidebā dñm in cōspectu meo semp: **S**ed veniēs in ea q̄ trāseūt: nō abstuli oclm̄ ab eo q̄ semp manet: s̄ puidēs: vt in eū post t̄palia pacta recurrerē. **Q**m̄ a dextris ē mihi ne cōmouear. **Q**m̄ fauet mihi: vt stabilis i eo pmanēā. **P**ropter hoc iocundatū est cor meū et exultauit lingua mea.

Alia lra.
 t̄crepuit.

Alia lra.
 t̄lectatū.

Propter h̄ in cogitationib⁹ meis locūdi-
 tas: et in verbis exultatio. Insuper et caro
 mea req̄scescit in spe. Insuper et caro mea
 nō deficiet in intentū: s̄ in spe resurrectio-
 nis obdormiet. Quoniā nō dereli-
 ques aīam meā in inferno. Quā neq̄
 aīam meā inferis possidēdā dabis. Ne-
 q̄ dabis sc̄m tuū videre corrupti-
 onē. Neq̄ sanctificatus corp⁹ p̄ qd̄ et alij
 sanctificādi sūt: corrupti patieris. No-
 tas mihi fecisti vias vite: Notas fe-
 cisti p̄ me hūilitatē vias: vt ad vitā redirēt
 boies: vñ p̄ supbiā ceciderāt. In q̄b⁹ quia
 ego sū: notas mihi fecisti. Ad implebis
 me leticia cū vultu tuo: Ad implebis
 eos leticia: vt nō vltra q̄rāt aliqd̄: cū facie
 ad faciē te viderint. In q̄b⁹ qz ego sūz: me
 adimpleb. **Belectatio** i dextera tua
 vsq; in fine. Belectatio est i fauore et in
 ppiciatione tua in h⁹ vite itinere: pducens
 vsq; ad finē glie cōspectus tui.

Explicit Tractat⁹ de ps̄. XV.

Incipit Tractatus de ps̄. XVI

Oratio ipsi David.

Hec ē psone dñi tribuēda: adiūcta ec-
 clesia que corp⁹ eius est.

Audi de⁹ iusticiā meā: in-
 stede de p̄cationi mee. **Au-**
rib⁹ pape oratione meā: nō
 in labijs dolosis. Nō ad te i labijs do-
 losis p̄cedentē. **A** vultu tuo iudici-
 um meū p̄deat: Ex illūinatione noticie
 tue verū iudicē. Aut certe nō i labijs dolo-
 sis: a vultu tuo iudiciū meū p̄deat: vt scilicet
 non proferam iudicans aliud q̄ in te
 intelligo. **O**culi mei videant equi-
 tatem. **O**culi mei videant equitatē: cor-
 dis vñz oculi. **P**robasti cor meū et
 visitasti nocte: Quia ipm cor meū visi-
 tanōe tribulatiōis p̄batū est. **I**gne me
 examiasti: et nō ē iūeta i me iūctas.
 Nō aut̄ nox tātū: qz pturbare affolet: s̄ eti-
 am ignis qz vut: vocāda ē iūa tribulatio: q̄
 examiat: iust⁹ iūct⁹ sū. **A**t non loq̄-
 os meū opa hoīm: **E**t aliud nō p̄ce-
 dat ex ore meo: q̄ id qd̄ p̄tinet ad gl̄iam et
 laudē tuā: nō ad opa hoīm: q̄ faciunt p̄ter
 volūtātē tuā. **P**ropter v̄ba labiorū
 tuorū. **P**ropt̄ v̄ba pacis tue vñ p̄phetarū
 tuorū. **E**go custodiui vias duras.
Ego custodiui vias laboriofas: mortalitatē
 hūane atq; passiōis. **A**d p̄ficiēdos
 gress⁹ meos: i semit̄ tuis: **E**t p̄fice-
 ret caritas ecclie i itinerib⁹ angustū: q̄b⁹ ve-

nif ad requiē tuā. **A**t nō moueant ve-
 stigia mea. **E**t nō moueant signa itine-
 ris mei: q̄ tāq; vestigia sacramētū et sc̄pturū
 aplicū imp̄ssa sūt: q̄ intueāt et ob̄uēt q̄ me
 seq̄ volūt. **A**ut certe vt etiā stabiliter i eter-
 nitate p̄manēā: postea q̄ pegi vias duras:
 et in angustijs semitay tuay gressus p̄fecti.

Ego clamaui qm̄ exaudisti me
 deus: **E**go libera et valida intētiōe p̄ces
 ad te direxi: qm̄ vt h̄ac h̄re possem: exaudi-
 sti me infirmi⁹ orātē. **I**nclina aurē tuā
 mihi: et exaudi verba mea. **N**ō dese-
 rat exauditio tua hūilitatē meā. **A**d iur-
 fica misericordias tuas. **N**ō vilescāt
 misericordie tue: ne min⁹ ament. **Q**ui sal-
 uos fac̄ sperātes i te. **A** resistētī
 b⁹ dextere tue. **A** resistētīb⁹ sanorū: q̄ mi-
 hi faues. **C**ustodi me dñe vt pupillā
 oculi. **C**ustodi me vt pupillā oculi: q̄ appa-
 ret ppua et exigua: p̄ eā tñ dirigit acies lu-
 mis: q̄ lux et tenebre dijudicant: sic p̄ chasti-
 humanitatē diuinitas iudicij: discernēs i-
 ter iustos et p̄ctores. **I**n tegmīe alay
 tuay p̄tege me: **I**n munimēto caritatē
 et misericordie tue p̄teges me. **A** facie im-
 p̄iorū q̄ me afflixerit. **I**nimici mei
 aīam meā circūdedērūt: adipe suū
 cōcluserūt: **L**eticia sua pingui coopti sūt:
 postea q̄ cupiditas eorū de scelere satiata
 est. **O**s eorū locutū est supbiā. **E**t p̄-
 p̄terea os eorū locutū est supbiay: dicēdo:
Aue rex iudeorū: et cetera talia. **P**roijci-
 entes me nūc circūdedērūt me: **P**ro-
 iiciētes me extra ciuitatē: nūc circūdedērūt
 me in cruce. **O**culos suos statuerunt
 declinare in terrā. **I**ntētionem cordis
 sui statuerūt declinare in ista trena: putan-
 tes magnū malū p̄pti eū q̄ occidebat: et se
 nullū: q̄ occidebāt. **S**usceperūt me
 sicut leo pat⁹ ad p̄dā: **S**usceperūt me:
 sic ille aduersari⁹ circūciens: q̄rēs quē deuo-
 ret. **E**t sicut catul⁹ leonis habitās i
 occultis. **E**t sic catul⁹ ei⁹: p̄p̄s cui dictū
 est: **O**s ex patre diabolo est: cogitās de
 insidijs quib⁹ iustū circūueniret et p̄deret.

Exurge dñe p̄ueni eos et subuer-
 te eos: **E**xurge dñe: quē dormire arbitra-
 tur: et iūctates hoīm nō curare. **A**n̄ excecēt
 malicia sua: vt factū eorū vidicta p̄ueniat:
 et ita s̄uerte eos. **E**rue aīam meaz ab
 impijs. **E**rue aīam meā resuscitādo me
 a morte: que mihi ab impijs irrogata est.
Frameā tuā ab iūctis man⁹ tue.
Anima enī mea framea tua est: quā assum-

Antiphona

Alia lra.
delectatōes

Alia lra.
Sub vmbra

Alia lra.
abditis.

Alia lra.
supplata.

Alia lra.
Eripe.

Alia lra.
p̄fice.